

munus Sacerdotibus in testimonium ipsis, id est, ut Sacerdotes sanatione leprosi, tanquam singulari miraculo, verum mundi Salvatorem esse, convincerentur.

DE II. LOCO.

Circa secundam Historiam.

I. Observeretur intercessio Centurionis pro servo suo, quam illustrat Evangelista, à circumstantiâ temporis: *Cum introiret JESVS Capernaum*: Ut palam fiat, qualis hujus Centurionis animus erga servum ægrotantem fuerit.

V S V S.

1. Exemplo hujus Centurionis omnes patres ac matres familias, curam familiæ suæ, præsertim ægrotantis curam habent diligentem. Sunt enim servi & ancillæ in gratiâ apud DEUM: Remittant Domini itaq; minas, &c.

Gal: 3.
Ephes: 6.

2. Vident etiam ex hoc loco servi & ancillæ, permultum sibi interesse, si pijs hominibus serviant. Serviant itaq; talibus, non fraudulenter, sed candidè.

II. Promittitudo Christi: *Ego veniam, & curabo eum*.

V S V S.

1. Christus adhuc hodie sanat omnes
contri-